

Reuerende in Christo Pater

115

Pace Christi

Ex literis P. Joannis Siffert 27 Maj Traunkirchen nup datis et à me 27 Junij acceptis mentem
R. V. circa mineralia intellexi, et eiusdem puncta decem accepi, quib. R. V. petit circa mineralia informari
pro eo, quem omnes summo desiderio expectamus, tanto R. V. de subterraneis. Gratissima mihi hac est occasio
R. V. et publico bono in parte saltem aliqua gratificandi. Significo igitur R. V., quod uere multa in his
montanis Hungariae ciuitatibus in subterraneis mirabilia regant. De facto puncta à R. V. scripta
communicavi fidelissimis metalliferorum montium et mineralium Dominis Praefectis, qui promptissime oem suam
spondent et offerunt operam. Aliqua iam habeo; laboro, ut R. V., quae circa mineras auri, argenti,
ferri, argenti uiui, Zinnbarij, cupri, plumbi, sulphuris, uittoli, anthonij, chrystalli et (haec non omnia
excepto stanno, hic reguntur et effodiuntur) notabilia occurrunt, quam primum et fundate, ac cum ueritate
habeat. Quare et à P. Procuratore pumiciae nostrae occasione, et mittam ex singulis dictis mineralibus
generibus particulas, seu, ut hic uocant, mits in die, mi stückchen. Interim me R. V. in B. missis
Sacrificia enixe comendo. Neosolij in Hungaria 19 Julij 1659

R. V.

Servus in Xro

P. S.
Salute humillime P. Estmor, P. Schwarz et P. Nadassi, et
reliquos, si qui ibi sunt de pumicia nostra.

Andreas Schaeffer

Grading Cambridge

[illegible]

Roma.